



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Proventus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

L. Livini  
Reguli nu-  
mismata.  
Ad ver-  
bum ab  
Artem.  
lib. e. 25.  
Spica in di-  
vino quid  
& stipula.  
Matt. e. 9.

QUE vero spicae duae, dolio vuis pleno in earum medio constituto, spectantur in numo I. Livi-  
nei Reguli, proventum bonorum, fructuumque; copiam & feracitatem ejus viri magistratubere-  
rem ostendit: nam ubi consultum est iis, quae cibo potuque inferviunt, annona omnis laege populo  
videtur erogata. Usque adeo vero spicae proventus indicia sunt, & apud Conjectores reperitur, cum  
qui natus in aure spicae per nocturnam imaginem videre visus fuerat, & delapsa inde granam  
bus collegerat, fratris mox demortui hereditate locupletatum: spicis quippe proventus, aere tri-  
ternitatem ostendentibus: germanas enim invicem esse aures manifestum est. In Divinis quoque  
literis spicae, hoc est, messis eodem modo proventum hieroglyphice significant, dicente Domino, *Messis quidem plu-  
rima, operarii autem pauci admodum.* Humanam enim messem uredini, procellisque; obiectam, cupiebat ille in horrea aeternitatis suae transferre. Helychius Hierosolymitanus  
pro messe accipit virtutes, quae ex Divini verbi semine oriuntur. At stipula pro nullius boni operis fructu ponitur:  
unde Propheta lamentatur: *Hei mihi, ut factus sum sicut qui colligit stipulam in messe.* Idem paleae, ut illud, *Paleas autem uret igni.*

Esai. 17.  
Luc. 3.

ÆSTAS, ET FRUGUM  
INVENTOR.



Lia. Meta.

SANE plerumque invenias aetatem ipsam per spicarum fasciculum significari. Unde apud Nasonem: *Stabat nuda aetas, & spicae ferta ferebat.* Nonnumquam vero messem ipsam, alias & frugum inventorem.

Inlii men-  
si symbo-  
lum.

SED enim Hesiodus in Theogonia, falcem pro messe posuit, ubi dicit, *τοῦτο μὲν ἔστιν ἔργον, ἡ δὲ σὺν ἡμῖν ἔστιν ἡ μήνη, ἣν ἡμεῖς κλέβωμεν, ἣν οἱ ἄλλοι κλέβωμεν.* Subjiciunt interpretes, Drepanon messis tempus. Hinc juniores spicas duas, manipulos spicarum interduos in transversum adclinatos, pro mense Julio ponere excogitant, quod nimium eo mense messis omnis triticea demetatur.

Macrob. li.  
I. e. 8.  
Eclog. 9.  
Macrob. li.  
10, Omnia fert aetas.  
I. e. 10.

ET quod pertinet ad falcem, quoniam tempus omnia metit excusatque; & aufert, ideo falcem Saturno attributam nonnulli volunt. *Σάτυρος* enim Saturnus, cui tempora subjiuntur, quae voce eadem Graeci sola adjecta aspirazione pronunciant, quippe *Σ* in *Σ* verba. In hanc sententiam Macrobius, *Omnia fert aetas.*

I. e. 10.

AGRICULTURA. CAP. X.

ALIi falcem agricolationis totius signum arbitrantur, quod in signo Janus Sarano dedit a messe & fertilitate, cui posteritas rationem etiam inferendi, & artem faciendi *fasculos fert* acceptas. unde Saturnum a *fatu* Latini vocitarint.

Spicae corona hieroglyphica.

ALioqui spinea corona fratres Arvales indicabat, quam primam Acca Laurentia Romulo facientanti dedit.

Instituti, ut arva fruges ferrent.

SACERDOTES ARVORUM. CAP. XII.  
SI veto spinea corona vitta alba alligata esset, sacerdotes arborum significabant, quorum illud erat insigne. At Cereris caput spicis redimitum spectavimus, in numis quibusdam, ab altera quorum parte spica magna est nonnumquam sola, nonnumquam cum caduceo & liuo, eo quo institimus significato.

I. e. 10.

P A X. CAP. XIII.

QUin & pacis simulachrum cum spicis figuratur: unde Tibullus,